

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 25: De charitate (8)

Idem (Gregorius, in *Registro*):

Charitatis

cum sit proprium nutrire
concordiam, servare composita,
dissociata coniungere, prava corrigere,
et virtutes caeteras perfectionis suae
munimine solidare, quisquis in ejus radice
se inseruerit, nec a viriditate deficit,
nec a fructu inanescit.

Magistra bonorum omnium caritas,
quae nihil sapit extraneum, nihil asperum,
nihil confusum, ita quae exercet corda
corroborat, ut nihil graue, nihil difficile
sed fiat totum dulce quod agitur.

Huius igitur

cum sit proprium nutrire
concordia, seruare composita,
dissociata coniungere, prava dirigere
et uirtutes ceteras perfectionis suae
munimine solidare, quisquis in eius radice
se inserit, nec a uiriditate deficit
nec a fructibus inanescit,
quia humorem fecunditatis opus
efficax non amittit.

Gregorius Magnus, *Registrum*
epistularum, 9.223 (CCSL 140A, D.
Norberg ed., pp.794-5, ll.1-9).